



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Archicancellariis Sacri Romani Imperii Ac Cancellariis Imperialis Avlae

Mallinckrodt, Bernhard von  
Monasteri[i] Westphaliae, 1640

Otho tertius Imp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11835**

## OTHO tertius Imp.

Hildebal-  
dus Episco-  
pus VVor-  
mariensis.

Qui fuerat sub parente, sub hoc etiam Cancellis Imperialibus præfuit; nempe idem, quem memoravi, Hildebaldus Episcopus, ab initio Imperij huius tertij Othonis, ad annum vsque ad minimum 997. vnde apparet, consistere non posse, quæ alij de morte eius ad an. 993 referunt. Extant Othonis III Diplomata duo, ab Hildebaldo recognita an. 997, tom. 1. *Histor. Leod. pag. 210; & apud Miræum in Not. Eccl. cap. 77.*

S. Ber-  
vvardus  
Episcopus  
Hildeshei-  
mensis.

S. Berwardus è Comitibus Saxonix (à quibusdam Palatinos Comites vocari inuenias) de Somerschenburg, decimus-tertius Hildesheimensis Episcopus, à Bruschio dicitur fuisse Othonis tertij Sacellanus; apertius autem à Lamberto Schafnaburgensi, ad an. 992, Regis Cancellarius vocatur. Addit idem, in diuinis pariter & humanis rebus solertissimum fuisse. Sedit annos 31; fundauitque nobile & diues Cænobium S. Michaëlis, intra muros Hildesienfes. Vitæ sanctimoniâ probatissimus fuit; nec minus in vitâ, quàm ab obitu miraculis claruit. Extat Vita eius apud Surium tom. 6; sed longè plenior apud Broverum, in *Sideribus illustrium Germanix Sanctorum*, scripta à Tangmaro, quo in studijs Magistro vsus fuisse putatur: qui inter alia nos docet, Othonem tertium hunc sanctum virum morum & studiorum Informatorem habuisse.

S. Heriber-  
tus Archi-  
Episcopus  
Coloniensis.

Quid mirum, laudatissimum Imperatorem Cancellarios innocentissimos in ministerio habuisse? Sanctum certè, quem vidimus, Sanctus alius subsequitur, Coloniensis Archi-Præsul, Herbertus: de quo id, quod asserimus, Rupertus Tuitiensis in vitâ testatur, & ex illo refert Serar. *Rer. Mogunt. lib. 1. cap. 29; & Cratopolius in Catalogo.* Etsi autem illi dicant Heribertum primum Cancellarium Othonis fuisse; non tamen id de Archi-Cancellario, cui appellatio illa propriè competit, accipiendum est: vti ex diuersis, quæ supersunt, Imperialium literarum recognitionibus constat, quas Moguntini Archi-Episcopi, vti Archi-Cancellarij, vice Heribertus subscripsit. Videantur *Metrop. Salisb. tom. 1, p. 364; & Miræus l. 2 Diplom. c. 26: vbi an. 999 recognouit; & eiusdem Miræi Notit. Eccles. cap. 77, ac lib. 2. Donat. cap. 21: vbi annus 1007 apponitur, qui ad Othonis Successorem pertinet; sub quo deinceps de Heriberto reliqua referentur.*

S. Heriber-  
tus Archi-  
Episcopus  
Coloniensis.

S. HENRICVS Imp. Germanis secundus vocatus.

S. Heribertus Archi-Episcopus Coloniensis, nouo ac solitario, vt puto, exem.